



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Disp. CXXV. An præter tres substantias, & Hypostases relatiuas concedi
possit alia absoluta & communis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

cap. 1. Quare hoc tempore ad eundem indubitata res est, ut qui negaret modo tres in Deo substantias Latine, aut Græcè hypostasēs, vel vnam tantum confiteretur hypostasim, erroris nota dignus esset. An vero possit concedi sermone Latino vna absoluta substantia communis præter tres relatiuas, sequenti disputatione videbimus. Quod si aliqui ex Patribus, ut superiori capite vidimus, dixerint, vnam esse in Deo hypostasim, mirum non est; nondum enim satis comperta eis erat significatio huius nominis. Quocirca Epiphanius Diaconus in septima Synodo generali, actione 6. tomo 3. circa medium inquit, idem Eutychianos errasse, quia distinguere noluerunt naturam ab hypostasi.

Est tamen inter antiquos Patres dissensio circa illum locum Pauli ad Hebræos 1. *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius*, nam pro substantia Græcè est *hypostasis*, utrum significet eo loco essentiam, an personam. Athanasius in Epistola ad Episcopos Africae, & Epiphanius hæresi 69. hypostasim pro essentia accipiunt: quem sensum videtur sequutus Theodoretus in illum locum; nec longe abest Chrysostomus. At Gregorius Nyssenus libello illo de differentia vniuersæ ab hypostasi eo nomine intelligit personam, quem sequitur Theophylactus, ut sensus sit, filium esse imaginem, & characterem personæ Patris.

Sed Franciscus David nostri temporis hæreticus contendit, eo loco nomen, *Hypostasis*, non significare personam: quia eodem nomine vsus est Paulus ad Hebr. 3. cum ait: *Participes Christi effecti, sitam initium substantiæ eius usque in finem retinuerunt*. Et ad Hebr. 11. *Est autem fides sperandarum substantiarum*, quibus in locis manifestum est, non significare personam. Respondeo, in illis locis non accipi pro essentia, sed pro substantia rei, seu fundamento: quare in eo loco ad Hebr. 3. fidem viam appellat principium substantiæ, id est, substantiæ, non Dei, sed nostræ: quia per eam sustinuitur, & in vita spirituali fundati sumus. Sic explent Græci in eum locum. Similiter ad Hebr. 11. fides dicitur substantia sperandarum rerum, Græcè, *Hypostasis*, id est, substantia, eo, quod nullam aliam habeant tunc substantiam re futuræ, quæ sperantur a nobis, nempe nos fore beatos, quam dum cogitatione nostra per fidem apprehenduntur, ut etiam omnes Græci interpretantur, ergo illo loco ad Hebr. 11. *Hypostasis*, significat ipsam Patris substantiam, quæ nihil aliud est, quam personam. Eodem modo pro substantia, seu fundamento accipit Paul. 2. ad Corint. 9. & 11. cum dicit, *Fundamentum gloriæ*, Græcè *ὑπόστασις τῆς καυχῆς*, nam persona cum subsister omnibus fundamentum, & substantia optime dicitur.

CAP. V.

lucet primariam significationem, Substantia, Latine idem est, quod Græcis *ὑπόστασις*, Hypostasis, ex vsu autem Ecclesiastico non item.

Præter, & primariam nominum impositionem attendamus, vocem Græcam, *Hypostasis*, non minus interpretari possumus Latine, *Substantiam*, quam *Subsistentiam*, quam obrem Hylarius in lib. de Synodis de Patribus Antiocheni Concilij, sic ait. Idcirco tres substantias esse dixerunt *subsistentium* personarum, per substantias edocentes, non substantiam Patris, & Filij, & Spiritus sancti diuersitate dissimilis essentia sepa-

rantur, ex quibus constat, Hylarium vocem Græcam *Hypostasis*, qua Patres Græci illius Concilij vsi sunt, nomine Latino, *Substantia*, vertisse, & ita tres in Deo substantias concessisse, sicut Græci tres hypostasēs fatentur. Docet etiam B. Thom. in articulo, ad secundum, nomen Latinum, *Substantia*, respondere Græco vocabulo, *Hypostasis*. Eodem modo docet August. 7. de Trinitate, c. 6. vbi scandalum non fuerit, nullum esse incommodum, tres substantias in Deo Latine concedere: nam de Trinitate, cap. 9. & lib. 6. cap. 3. 4. & 5. & lib. 7. cap. 4. 5. & 6. affirmat, apud Græcos tres concedi in Deo substantias. Et Ioannes Papa lib. de duabus naturis contra Eutychetem in hunc sensum capi posse nomen *Substantiam*, fateretur his verbis. *Vno lumine illustramur, simul, & tribus; tribus quidem secundum vniuersumque proprietatem, siue substantiam, sicut placet aliquibus dicere, siue personam. Nihil enim pro vocabulorum diuersitate dissidendum est, cum ad eundem sensum nominum diuersitas prouocet, & intellectum*. Demum Boethius lib. de illo duabus naturis tria inquit esse nomina Græca, *Vsia*, quod essentiam Latine ipse interpretatur *Vsistis*, quam substantiam Latine reddit, & ait vnam esse solum in Deo: melius tamen existentiam interpretaretur, quasi actum ipsius essentia & vniuersæ. Tertium denique *Hypostasis*, quod Latine vertit substantiam, & ita definit, personam rationalis naturæ indiuiduam substantiam, ac si pro substantia Latine vereretur Græca voce, *Hypostasis*, sed eam rursus definit hoc modo, *Rationalis naturæ indiuidua substantia*, quo nomine *subsistentia*, frequentius vitur pro hypostasi. Ex quibus manifestum est, si vim vocis, & primariam significationem illius attendamus, idem esse Latinis substantiam, quod Græcis est hypostasis, & ita tres posse in Deo concedi substantias, sicut hypostasēs.

Verum vsu Ecclesiastico nomen *Substantia*, ita est accommodatum, ut solam essentiam, seu formam denotet; atque adeo non possint in Deo concedi tres substantia. Ita in Concilio Tolet. XI. in confessione fidei definitur, vnam tantum in Deo esse substantiam. Hanc vero consuetudinem in Ecclesia inualuisse, ut nomen, *Substantia* significet essentiam, testatur August. 5. de Trinitate, cap. 9. & 6. lib. cap. 4. ideoque dicit non esse tres substantias in Deo concedendas. Cæterum Ioan. Theologus Ecclesiæ Latine in Concilio Florent. sess. 19. post medium docet, bifariam vsurpari substantiam, aliquando pro natura, & definitione rei, aliquando pro supposito, quod meo iudicio non est iam in vsu, nisi cum significamus suppositum, addamus aliquid, scilicet *indiuidua*, vel, *incommunicabilis*. Ex omnibus, quæ hæcenus dicta sunt, licet colligere, idem omnino esse hypostasim in natura rationali, & personam, ut optime docuit B. Thomas in conclusionem huius articuli.

DISPUTATIO CXXV.

An præter tres substantias, & Hypostasēs relatiuas concedi possit alia absoluta, & communis.

Scoti, Durandi, Capreoli, & aliorum opinio, cap. 1. Quid senserit Caietanus, & alij, cap. 2. Nihil in Deo esse commune tribus personis, quod rationem habeat substantia, vniuersa opinio est, cap. 3. Nihil esse in Deo commune personis, cui nomen Latinum substantia.

14.

S. Thomas. Vnde eorum sit, ut tres substantias in Deo concedat Augustinus.

Boethius.

15.

Concilium Tolet. XI.

August.

Ioannes. Concilium Florent.

S. Thomas.

substantia conveniat. cap. 4.
Respondetur testimonij prima & secunda sententia. c. 5.
Diluntur rationes prima & secunda sententia. c. 6.

CAPVT I.

Scoti, Durandi, Capreoli, & aliorum opinio.

Per substi-
tiam,
quid Scho-
lastici in-
telligant,
quid Pa-
tres.

I.

Vnam esse
communem
substantiam
tantum, qua
per relatio-
nes com-
pleatur.

Scotus.

Durand.

3.

Paludan.
Capreolus.

Aegidius.
Argent.
Albert.
Quo fun-
damento id
dicatur.

Id videtur
insinuare
August.

Nomen substantia alio modo viurpatur à Theologis Scholasticis, vt infra diceſus, quam à Concilijs, & ſanctis Patribus. Nam ſubſtancia apud Patres, & Concilia accipitur pro ipſo ſuppoſito, quod ſubſiſtit: at Scholaſtici nomine ſubſtientiæ ſignificant, non id, quod ſubſiſtit, ſed rationem ipſam, & actum ſubſiſtendi: & de hac ſubſtencia intellecta controuerſia, ſunt variae Scholaſticorum opiniones, quas recenſere neceſſarium erit.

Prima igitur opinio eſt, eſſe ſolū in Deo quandam ſubſtenciam abſolutam communem tribus perſonis, & præter hanc nō eſſe tres relatiuas, ſed relationes perſonales, in diuinis ſolum eſſe tria complementa naturæ, vel tres perſonalitates, vel tres modos incommunicabilitatis; vt loquitur Scotus, quibus conſtituitur, & contrahitur natura ad relationem perſonæ. Hanc ſentenciam expreſſe docuit Scotus in 3. d. i. q. 2. §. *Ad queſtionem igitur*, refertur etiam in alijs locis, in quibus nihil pro hac ſentencia inuenire potui: fauet autem id, quod ipſe docuit in 1. diſt. 4. quæſt. 2. circa finem, eſſe videlicet concretum Deitatis, vnum Deum ſubſtenciam abſolute communem tribus perſonis, de quo plura dicenda ſunt infra diſputatione 156. Clarius eandem ſentenciam ſequitur Durandus in 1. diſt. 26. quæſt. 1. num. 6. & in 3. d. i. quæſt. 2. vbi hanc conſtituit differentiam inter ſuppoſitum diuinum & creatum, quod diuino ſuppoſito alia eſt ratio ſubſiſtendi, actus nimirum abſolutus ſubſiſtendi, alia vero eſt ratio ſuppoſiti, proprietas nimirum relatiua, qua ultimo redditur incommunicabilis: ſuppoſito autem creato eadem eſt ratio ſubſiſtendi, & ſuppoſiti, ſcilicet ſubſtencia per ſe. Faciunt cum his Paludan. in 3. diſt. 1. quæſt. 2. in fine, Capreolus quæſt. 1. artic. 3. ad argumentum Durandi, contra quartam concluſionem, Aegidius in primum diſt. 23. quæſt. 2. artic. 2. ad quartum, Argentina diſt. 26. quæſt. 1. Albertus 1. par. Summæ, tract. 10. quæſt. 43. Fundamentum præcipuum huius ſentencie eſt: quia ſubſiſtere eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, hoc eſt, quæ melior eſt ipſa, quā non ipſa: melius enim eſt naturam diuinam ſubſiſtere, quam non ſubſiſtere: nulla autem relatio eſt perfectio ſimpliciter ſimplex; alioqui aliqua perfectio ſimpliciter ſimplex eſſet in vna perſona, quæ non eſt in alia: ergo ſubſtencia eſt quid abſolutum, non relatio.

Fauet etiam Auguſtinus, qui libro 7. de Trinitate, cap. 4. in fine probat, Deum ad ſe ſubſiſtere, non ad aliud, actus igitur ſubſiſtendi in Deo eſt abſolutus, non relatus. Ratio vero Auguſtini eſt huiusmodi. Nam ſi hoc eſt Deo eſſe, quod ſubſiſtere, ita non erant dicendæ tres ſubſtancia, vt non dicuntur tres eſſentia, quemadmodum, quia hoc eſt Deo eſſe, quod ſapere, ſicut non tres eſſentia, ita nec tres ſapientia dicimus. ſic enim, quia hoc eſt illi Deum eſſe, quod eſt eſſe, tam tres eſſentia, quam tres Deos dicere, ſus non eſt. Si autem aliud eſt Deo eſſe, aliud ſubſiſtere, ſicut aliud Deo eſſe, aliud Patrem, vel dominum eſſe, quod enim eſt, ad ſe dicitur, Pater autem ad Filium, & Dominus ad ſeruientem creaturam dicitur: relatiue ergo ſubſiſtit, ſicut relatiue gignit, relatiue dominatur, ita tam ſubſtancia non erit ſubſtancia, quia relatiuum erit. Sicut enim ab eo quod eſt eſſe, appellatur eſſentia, ita ab eo, quod eſt ſubſiſtere ſubſtancia dicitur: abſurdum autem eſt, vt ſubſtancia relatiue dicitur omnis enim res ad ſe ipſam ſubſiſtit, quanto magis Deus. Haec ſentencia Auguſtini. Qui ita probat ſubſiſtere in Deo eſſe abſolutum, vt nullum ſit relatiuum, quæ eſt expreſſa ſentencia Scholaſticorum, quæ allegauimus. Congerunt etiam aliqui innotata loca S. Thomæ pro hac ſentencia, quæ conſiderat prætermiſſo, quia ille ubique loquitur de actibus eſſendi, quem appellat eſſentiam, ſeu eſſe.

Hæc ſentencia præterquam, quod communem modo loquendi Patrum, & Conciliorum ad ſe ſat, quæ ſubſtenciam appellant ſuppoſitum, Græce *hypoſtaſin*, ex eo etiam facile poteſt reduci, quod ex illa ſequi videtur, vniōnem humane naturæ factam eſſe non ſolum cum perſona verbi, ſed cum omnibus perſonis. Nam ſi humanitas dicitur ſubſiſtere, non propria ſubſtencia, ſed diuina, & hæc eſt, quod abſolutum, ſequitur vniōnem fuiſſe ratione communis termini, & abſolutam omnibus perſonis. Sed de hac latius eſt diſtendum contra prædictos Doctores 3. p. quæſt. artic. 1. varie enim Philoſophantur, cum de vniōne humanitatis loquuntur, tamen conueniunt in ea opinione, quam retulimus de communem ſubſtencia abſoluta.

CAPVT II.

Quid ſenſerint Caietanus, & alij.

Caietanus vero in hac quæſtione art. 4. & ſupra quæſt. 2. artic. 2. & infra quæſt. 39. artic. 2. & in 3. part. quæſt. 2. art. 2. circa ſolutionem 3. & quæſt. 3. artic. 2. & 3. non audeſt negare tres ſubſtencias relatiuas, ſed præter eas, quartam aliam, ſubſtenciam abſolutam, & communem tribus perſonis, eſſe exiſtimat: eamque vocat eſſentialem, tres vero relatiuas appellat perſonales: nam quæ illa communis, eſt propria eſſentia, alia autem tres conſtituunt perſonas, hanc ſentenciam ſequuntur Bartholomæus Miranda in Summa Conciliorum, in annotatione ad ſextam Synodum, actione 11. & recentiores nonnulli, qui pro ea incantate referunt auctores capite præcedenti citatos abique vilo fundamento affirmant hanc eſſe communem ſentenciam: cum tamen reuera eam nullus præter Caietanum, & Mirandam ſequatur: auctores enim cap. præcedenti allegati aliam longe diuerſam docuerunt, vt retulimus. Allegant etiam pro ea Ricardum in 2. diſtinct. 1. quæſt. 4. Occam in 3. quæſt. 1. artic. 3. Gabr. in 3. diſtinct. 1. quæſt. 1. artic. 3. dub. 4. Almainum diſtinct. 1. quæſt. 1. artic. 3. diſtincto, ſed reuera hi Doctores non concedunt communem aliquem actum tribus diuinis perſonis, cui nomen ſubſtencie dicant conuenire, ſed communem exiſtentiam, ratione cuius natura creatura à Deo aſſumi poſſit, & primo terminari, non terminante aliqua perſonalitate, de quo modo non diſputamus.

Hæc ſentencia Caietani præter teſtimonium Auguſt. cap. præcedenti citatum, quia vnam ſolum abſolutam ſubſtenciam concedere videtur, probari poteſt primo autoritate Agathæ. in Epistoſtola, quæ habetur in 6. Synodo act. 4. vbi patrum à principio, ſic ait. Conſitemur Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum: non tres Deos, ſed vnum.

Deum, non trium nominum subsistentiam, sed trium subsistentiarum, seu personarum unam subsistentiam. Sic enim habet editio antiquior Conciliorum, non subsistentiam; ergo iam concedit unam subsistentiam trium subsistentiarum communem: quæ verba, cum Latine scripta sint, maioris momenti pro hac sententia esse debent: neque enim vsquam apud Latinos nomen subsistentia, essentiam significat, sicut Hypostasis aliquando apud Græcos pro ipsa, & essentia vsurpatur. Secundo probatur ex Hylatio 7. de Trinitate, in fine, ubi de Patre, & Filio, quorum vnus dicitur esse in alio, ita scribit: Non est corporalium naturarum ista conditio, vt insint subsistentia, vt subsistentia nature habeant perfectam unitatem. Et paucis interiectis: Inesse autem non aliud in alio, vt corpus in corpore, sed ita esse ac subsistere, vt in subsistente insit, ita vero inesse, vt & ipsa subsistat. Ergo cōcedit Hylarius subsistentiam nature prioribus verbis, cum ait, vt subsistentia natura, & posterioribus cum inquit, & ipsa subsistit, scilicet natura diuina. Tertio Hieronymus illa Epistola 57. dicit. Vna est Dei & sola natura, quæ vere est, id enim quod subsistit non habet aliunde, sed iuxta est. Pro eadem sententia refertur ex Græcis Dionysius Areopagita capite primo de diuinis nominibus, paulo ante finem, cum ait bonitatis subsistentiam per suum esse, causam esse omnium subsistentium. Denique Nyssenus libro de vita Moysis, colum. 13. inquit, nihil eorum rerum, quæ aut sensu comprehenduntur, aut mente percipiuntur, præter supremam essentiam, quæ omnium causa est, & à qua omnia pendunt, vere subsistere, ac si dicat, ipsa verè subsistit, & nihil aliud.

Probatur autem Caietanus eandem sententiam ratione, quia necesse est, fieri vnum Deum in concreto præintellectum tribus personis, qui dicitur creans, concretum autem semper significat, aut connotat subsistentiam, ergo necesse est, concedere vnā subsistentiam præintellectā personis, hoc indiuiduum appellat Caietanus semipersonam infra q. 39. ar. 4. Porro quia nullus negare potest, esse in Deo existentiam quandam communem tribus personis, & substantialem. Recentiores, qui Caietani sententiam defendunt, explicant quæ ratione hæc communis existentia substantialis subsistentia dicatur, cum tamen existentia creata humanitatis, quam putant à Verbo assumptam fuisse cum humanitate, quia ab ea non distinguitur, subsistentia vocari nequeat.

Dicunt igitur esse manifestum discrimen inter naturam creatam & diuinam, quod licet vtræque habeatur existentia, tamen natura creata ita habet existentiam, à qua non distinguitur, vt ex se imperfecta sit, & sine aliquo modo distincto, quem appellant modum perfectioris, subsistere, & per se esse non possit; sicque in Christo quidem propria sua existentia existit humanitas, vt probabilior opinio fert, sed quia illi deest modus, quo debet compleri, non est per se, sed ab alio sustentatur, atque adeo illius existentia non est subsistentia sine illo modo. Diuina autem natura ex se perfecte infinita est, postulatque non solum existere, sed etiam perfecte existere, & per se, hoc est, non indiget alio à se distincto, vt subsistat, & completa atque perfecta sit, quare tamen est sola ratione à suis personarum distincta, tamen quatenus ab eis distinguitur nostro modo intelligendi, ita perfecta concipitur, vt sine alio

Vazquez in 1. partem Tom. II.

intelligitur apta per se subsistere, & completa, quæ ratione in concreto etiam sine personis significari potest. Hanc igitur perfectam existentiam appellant hi recentiores Theologi cum Caietano communem subsistentiam (vt aiunt) in abstracto, & essentiam diuinam, cum illa vocant subsistentiam in concreto, hoc est, subsistentem: negant autem esse personam, & subsistentiam illa communem, esse, personam, quia etiam si sufficiens sit per se subsistere, & ad hoc completa & perfecta sit, adhuc communicari potest tribus suppositis: de ratione autem personæ, & personalitatis non est quæcumque subsistentia per se sola, sed talis, quæ communicari non possit.

Prædictam opinionem sic explicatam putant recentiores solum differre à communi sententia voce, non re: quia omnes concedere debent existentiam perfectam eo modo, quo explicauimus, propriam naturæ diuinæ, quæ nulli alteri naturæ conueniat; eam vero posse vocari subsistentiam, nullum reputant in commodum. Alij deum alio modo explicant, quare existentia illa communis diuinæ naturæ rationem habeat subsistentiæ, de quo cap. sequenti dicemus.

CAPVT III.

Nihil in Deo esse commune tribus personis, quod rationem habeat subsistentiæ, verior opinio est.

Antiquorum Scholasticorum iudicio comprobata sententia est nihil in Deo esse commune tribus suppositis, cui ratio, aut nomen conueniat subsistentiæ: sed subsistentias in Deo esse relatiuas, nullam autem absolutam. Hanc opinionem tradiderunt Alexand. part. quæst. 1. memb. 3. & quæst. 7. memb. 1. art. 3. Bonauent. in 3. distinct. 1. artic. 1. quæst. 3. Ricard. in 1. distinct. 26. artic. 1. quæst. 1. Marilius in 3. quæst. 2. artic. 3. dubitat. 2. circa finem, Henricus quodlibet 5. quæst. 8. sub finem, Genebrard. libro 2. de Trinitate, pag. 85. Hæc sententia bifariam nobis confirmanda est, primum ostendere debemus in hoc capite essentiam Dei existentia illa communi nondum compleri nostro modo intelligendi; vt per se sit terminata (sicut neque humanitas sua existentia completur) donec addatur ei modus ille relatiuis, quo suppositum constituitur. Deinde ostendemus in sequenti capite, huic communi existentie nomen, Subsistentia, nullo modo conuenire: sed Scholasticos, qui sic eam appellare non dubitarunt, contra Phrasim Conciliorum, & Patrum eo nomine perperam abusos fuisse, quæ quidem de causa, anno 1578. publicè docens in eam sententiam adductus fui, vt existimarem, nihil esse in Deo commune, quod nomine, Subsistentia, posset significari: quod viderem communi modo loquendi Conciliorum, & Patrum prædictos Scholasticos aduersari, qui quandam communem, & absolutam subsistentiam in Deo cōcedunt. In ea vero opinione multo magis conueniui, postquam anno 1583. iterum rem hanc publicè docens, diligenter examinaui Græcorum & Latinorum Patrum sententia, & modum loquendi, de quibus præcedenti disputatione superque tractaui.

Quod igitur ad prius spectat, in quo controuersia aliqua de re ipsa videtur esse, facili ratione suadere possumus nostram sententiam. Primum nam licet concedere debeamus in Deo communem

Cur hæc subsistentia non dicatur personalitas.

Hanc sententiam communi solo nomine differre, putant nonnulli.

Solas tres subsistentias relatiuas antiqui Scholastici posuerunt. Alexand. Bonauent. Ricard. Marfil. Henric. Genebrard.

Existentia Dei communis nomen

*Intelligendi
non est per
se ante re-
lationes.*

9.

nem existentiam, quæ ita cum essentia Dei indi-
vidua est, ut sine illa essentia divina sub esse pos-
sibili, (sicut aliæ essentia) considerari nequeat,
tamen per eam existentiam solum, non comple-
tur essentia divina nostro modo intelligendi, ut
per se esse possit sine aliquo alio. Dixi nostro mo-
do intelligendi, nam secundum rem, cum non
distinguitur à relatione, quæ ultimo terminatur,
& contrahitur ad rationem suppositi, & personæ,
non indiget aliquo alio à se distincto villo modo
ex natura rei, ut compleatur, & per se subsistat;
sicut postulat humanitas, quæ præter existentiam
quam habet, indiget modo illo per se, quo ultimo
constituitur in ratione suppositi, & ab eius exi-
stentia distinguitur, cum ab ea separari possit, ut
in Christo videmus, in quo fuit vera humanitas
cum sua existentia, ut tertia parte, quæst. 17. artic.
2. dicimus, sine illo modo, quo ultimo termina-
tur, & completur. Essentia igitur divina ita indi-
vidua cum habet existentiam, ut non solum
cum illa communicetur tribus suppositis, sed etiam
nostro modo intelligendi in illis esse dicatur:
non autem per se. Sola ergo illa existentia sine re-
latione considerata non facit adhuc naturam divi-
nam esse per se nostro modo intelligendi, sed ad-
huc relinquit aptam, ut alio modo terminetur, &
ut per se esse dicatur, nimirum relatione. Nec
quidquam refert, quod relatio non distinguitur
ab existentia illa communi, ut nihilominus ipsa
existentia dicatur per se, quia licet reuera ipsamet
sit, quæ facit naturam divinam per se esse, siqui-
dem idem est cum relatione: tamen in nostro cō-
ceptu nondum concipitur ut per se existentia,
quousque ratione compleatur.

10.
*Sine rela-
tionibus
communi-
cabilis est
supposito,
nō subiecto.*

Sed observandum est, cum dicimus, illam exi-
stentiam sine relatione nondum habere modum
completum per se, intelligendum esse, quatenus
illud, per se, opponitur existentia in alio, non ut in
subiecto, sed ut in supposito. Nam si de ea loqua-
mur, quatenus opponitur existentia in alio ut in
subiecto, etiam existentia propria humanitatis in
verbo dicitur existentia per se, quæ nondum me-
retur nomen subsistentia; alioqui humana natu-
ra in verbo retinens propriam existentiam, habe-
ret etiam propriam subsistentiam, quod dici non
potest.

*Confirmatur
prædicta
sententia.*

Deinde eadem sententia confirmatur, quia si
illa existentia communis sine relatione conside-
rata formaliter faceret divinam naturam per se
subsistere, non posset non considerari natura di-
vina in concreto, quoties cum illa existentia con-
sideraretur absque villo alio connotato, quare ut
conciperetur abstracte, deberet cogitari sine illa
existentia: sed naturam divinam quantumvis
abstractam semper consideramus cum existentia:
ergo talis existentia non facit esse per se, nec con-
stituit concretum Deitatis, ratione cuius ab au-
thoribus contrariæ sententiæ illa communis sub-
sistentia asseritur, quod ipsis videatur, alio modo
non posse concretum commune, & per intelle-
ctum tribus personis apprehēdi. Alio igitur mo-
do concretum Deitatis est assignandum.

11.

*Recentiores
rationi re-
spondent.*

Sed dicunt aliqui ex ijs, qui oppositam senten-
tiam defendunt, existentiam divinam commu-
nem tribus personis ideo habere rationem subsi-
stentiæ, quia ex se ita perfecta est, ut licet sub ra-
tione existentia, quæ communis est, possit com-
municari proprio supposito, & compleri, nostro

modo intelligendi, relatione: tamen quia ex se in-
finita est, & ita perfecta, ut vixit aut communi-
cari non possit extraneo supposito, & ab eo pen-
dere: ideo rationem habeat subsistentia non in-
communicabilis proprio supposito, sed aliæ,
quod non habet creata existentia. Fateor quidem
hanc esse perfectionem existentia divina; tamen
id non sufficit, ut dicamus in Deo esse subsisten-
tiam absolutam communem, quod enim natura
divina non possit alieno supposito communicari,
vel ab eo pendere, non habet ex eo quia subsistat,
& in concreto significetur: nam quantumvis ab-
stracta consideretur in suo conceptu, hoc ipso,
quod infinita est, habet, non posse communicari
alieno supposito, & ab eo terminari, quare exi-
stentia ipsa diuinitatis, quatenus existentia est, di-
cenda esset subsistentia, si hac ratione subsistentia
absoluta in Deo concedenda esset, in omnium al-
tem sententia existentia divina, quatenus solum
consideratur ut existentia, nondum est subsisten-
tia, etiam absoluta, quia existentia etiam est de cō-
ceptu naturæ abstracte considerata, cumque nul-
la alia ratio distinctionis assignari possit inter exi-
stentiam & subsistentiam absolutam in Deo, fru-
stra ponitur talis subsistentia præter relatiuas.

CAPUT IV.

*Nihil esse in Deo commune personis, cui nomen
Latine Subsistentia conveniat.*

Am vero, quod attinet ad modum loquendi,
nostram sententiam demonstramus, cumque
in nostræ fidei mysterijs is modus loquendi om-
nino tenendus sit, quo Patres, & Concilia utun-
tur, contra vero rejiciendus ab omnibus sit mo-
dus, qui Patrum, & Conciliorum phrasi aduer-
tur, inde debemus in hac re sententiam ferre. Et
quamvis existentia illa communis ita compleat
naturam divinam, ut abq; villo alio faceret ipsam
per se existere, sicut prior opinio contendebat;
hoc tamen satis non esset, ut ea appellaretur sub-
sistentia communis, & absoluta, si hic modus lo-
quendi Conciliorum, & Patrum phrasi aduer-
retur. Ut enim vidimus præcedenti disputatione
plerique Patres diu, multumque timuerant, in
Deo tres hypostases concedere, tamen de senten-
tia Catholico illis constaret, quia, ut dicebat Hiero-
nymus, nomen *Hypostasis*, non bonæ suspicionis
ipsis videbatur.

Nunc autem ostendo modum loquendi prio-
ris sententiæ Conciliorum & Patrum phrasi esse
contrarium. Certum enim est, Patres & Con-
cilia in Ecclesia Græca celebrata, postquam con-
trouersia illa iam dicta de voce *hypostasis*, defini-
ta fuit, & vera significatio huius nominis expli-
cata, quoties usurparunt eam vocem; tres hypo-
stases in Deo plane concessisse, & unionem hu-
manitatis cum verbo, non in natura, sed in hy-
postasi factam fuisse, pronunciasse, ut præcedenti
disputatione vidimus, quia idem omnino esse
putabant, *hypostasin* Græcè, in natura rationali,
quod est Latine persona, seu suppositum, ergo
quicunque nunc concederet vnam in Deo hypo-
stasin absolutam, quamvis simul tres relatiuas
concederet, non minus notari posset ex verbis
quantumvis in bonum sensum ea interpretaretur,
quam qui Latine diceret, in Deo præter
personas relatiuas, aut supposita, esse quandam
perso-

personam, vel quoddam suppositum absolutum, etiam si adderet, hoc absolutum suppositum non distingui realiter a tribus relatiuis. Caietanus vero locis citatis dum concedit semel suppositum, vel semel personam absolutam, nec audeat sine vilo additamento personam, aut suppositum absolutum asserere, non ita aduersatur phrasi Conciliorum, & Patrum; reprehensione tamen dignus est, quia nouum, & satis absouum modum loquendi primum in Scholas induxit.

Cum igitur *Subsistentia*, Latine idem sit quod *Hypostasis* Græce; vt dixi, nescio quidem qua ratione contra modum loquendi Conciliorum absolutam subsistentiam in Deo asserere liceat: etiam si præter illam tres relatiuas, & ab ea absolutam realiter non distinctas quis fateatur. Idem autem significare nomen, *Subsistentia* Latine, quod Græce *Hypostasis*, dubium non est. Nam primum ex Græcis Ioan. Maxentius in sua confess. fidei, quæ habetur 5. to Biblioth. sacræ fatetur, idem omnino esse personam, & subsistentiam, intelligit in natura rationali: sentit igitur, idem esse subsistentiam & Hypostasim: siquidem Patres pro eodem vsurpant Hypostasim, & personam, nempe in natura rationali & Maxentius ait, idem esse personam, & subsistentiam. Namq; Agatho Papa & ipse Latinus in Epistola quæ habetur in 6. Synodo actio. 4. indiscriminatim vitur nomine *Hypostasis*, & personæ. Tum etiam Martinus V. in Concilio Lateran. consultatione 5. can. 1. definit, Deū esse unitatem in Trinitate: explicat autem vnum Deum in tribus subsistentijs, ac si Græce diceretur *Hypostasis*. Adhuc aliud nomen Latinum, quam *Subsistentia*, excogitari non potest, quod nomini Græco *Hypostasis* melius subrogari possit, vel etiam ea de causa, quod iam vsu Ecclesiastico ad id significandum a Patribus, & Concilijs sit accommodatum. Sed ex Græcis id ipsum docuerunt Patres a nobis allegati præcedenti disput. c. 4. cum *Hypostasim*, semper pro persona ponunt, quam Latine interpretamur subsistentiam. Nec vquam inuenias apud Patres Græcos nomē *Hypostasis*, nec apud Latinos nomen *subsistentia*, pro essentia vel pro aliquo communi essentiali, postquam antiqua illa cōtrouersia in Ecclesia Dei explicata, & definita fuit. Recte igitur Imperator Iustinianus & ipse Latine scribens ad Pontificem Ioan. II. in edicto, seu confessione ad eum missa, quæ habetur in tomis Conciliorum post Concilium Toleranum secundum columnam 9. intelligens huc communem sensum Patrum, ita scribit. Quoniam non est idem natura & subsistentia. Omnes enim sancti Patres consonanter nos docent, aliud esse naturam suæ substantiam, & formam: aliud subsistentiam siue personam: & naturam quidem, vel substantiam, & formam, hoc quod est commune significare: subsistentiam autem siue personam, hoc quod est speciale.

Nec vilius est ex sanctis Patribus, tam Latinis, quam Græcis, qui post compositam litem, quam diximus, concedat in Deo absolutam aliquā subsistentiam, aut Hypostasim. Nā, vt infra dicemus, Hieronymus, & Augustinus, qui eam concesserunt, non satis intellexerunt significationem nominis, *Hypostasis*, quæ postea communi sensu etiam in Ecclesia Latina recepta fuit, & antea in Græciam satis frequens apud Patres erat. Quare dubium non est, Scholasticos, qui hoc nostro tempore ob testimonia Hieronymi, & Augustini cō-

Vazquez in 1. partem Tom. II.

cedunt in Deo subsistentiam communem, & absolutam ignoracione vocis lapsos fuisse. Mirandum tamen est, eos id ignorasse, quod tam ab Ecclesia Græca, quam Latina, & iamdiu sine controuersia receptum erat; nempe subsistentiam idem esse, quod suppositum & personam. Quod enim Hieronymus, & Augustinus hoc ignorauerint, mirum non est, quia nondum vis nominis Græci apud Græcos ipsos satis nota erat, vt inferius dicemus.

Verum respondent aliqui, concilia, & Pontifices vsurpasse subsistentiam semper concrete, vt dici solet, pro persona, seu supposito, & ideo non licere secundum Phrasim Conciliorum, & Patrum concedere in Deo subsistentiam absolutam, at vero Scholasticos, qui docent, esse in Deo quandam substantiam, non pro supposito in concreto, sed pro quadam ratione abstracta perfecte, & per se existendi.

Hoc tamen effugium facile potest præcludi. Nam cum vsus Ecclesiasticus obtinuerit, vt nomē *Subsistentia*, idem sit Latinis, quod Græcis *Hypostasis*, nempe vt significet suppositum, seu personam, licebit solum disputationis gratia Scholasticis, prout inferius dicemus, vt nomine subsistentia abstracte, ad significandam formam, & rationem, qua vltimo constituitur persona, seu suppositum, at vero ad significandam aliam rationem omnino diuersam, & contrariam supposito, qualem prædicti Theologi defendere moluntur, talem vocem vsurpare, siue abstracte, siue concrete & ita eadem voce concedere in Deo id, quod Patres, & concilia negant, nempe absolutam subsistentiam, qua obsecro ratione licebit: alioquin liceat etiam nunc Theologis Græcis vt nomine *Hypostasis* in eodem prorsus sensu, quo Scholastici Latini supra methorati nomine subsistentia vtuntur, & dicant, in Deo esse vnam Hypostasim absolutam: hoc autem quis concedat? Scio sane Græcos peritiores esse suæ linguæ, ne hunc modum loquendi contrarium Patribus probent, & Scholasticos aliquos Latinos ignoracione vocis lapsos fuisse, quod viderent Hieronymum & Augustinum, vnam subsistentiam, absolutam in Deo concessisse. Sed considerare debuissent, tempore Augustini & Hieronymi significationem Ecclesiasticam huius vocis non satis explanatam fuisse, ita, vt hi Patres non auderent tres subsistentias in Deo concedere, sed vnam tantum, vt sequenti capite videbimus. Prædicti vero Scholastici, & cum his Patribus vnam absolutam concedere volunt, & cum eisdem non audent tres negare, sed cum Græcis concedunt tres, cum Hieronymo vero, & Augustino addunt vnam absolutam, & ita ex duabus opinionibus contrarijs omnino, vnam ipsi constant sententiam, quæ quidem secum constare nequit, vt pote ex contrarijs omnino cōpacta, vt inferius patebit.

Quare non minus modus loquendi Durandi, & aliorum rejici debet, qui dicunt in Deo vnam tantum esse subsistentiam absolutam, quod vnam tantum in Deo esse personam, ex illo sequatur, quam aliorum, qui præter res relatiuas vnam etiam absolutam concedunt, sic enim quaternitatem inducere videtur. Quod vero quidam addūt, illam absolutam subsistentiam non distingui à tribus relatiuis, parum eos excusat. Si enim absolutam subsistentiam, vel hypostasim concedunt,

I 2 dicere

dicere debent esse vnam absolutam, & tres relatiuas: quem modum loquendi nullus Patrum non damnaret.

*Scholasticis
non idem
significat
substantia
nomine
quod Patres*

Verum enim vero Scholastici nostri, qui etiam tres solum substantias in Deo esse dicunt, communiter vtuntur nomine *Substantia*, in alia significatione, quam Patres, & Concilia Græca: nempe pro complemento personæ, quod personalitatem vocant. Cum enim docendi gratia vtiatur concretis & abstractis, quibus ostendunt & id, quod constitutum est, & formalem rationem, qua constituitur: atque nomen substantia ipsis videatur abstractum, ideo eo vtuntur ad significantes relationes ipsas, quas in Deo personalitates vocamus, & abstracte a nobis melius significantur.

16.

*Non tamen
abstrahitur
nomen.*

Excipio Durandum, & alios, qui ipsum sequuntur, qui cum non concedant in Deo nisi vnam substantiam, eam pro ipso actu existendi vsurpant. Sed qui substantiam esse putant personalitatem ipsam, licet non vtantur nomine in ea significatione, qua Patres, & Concilia vtuntur: tamen ab Ecclesiastico modo loquendi non abhorrent; parum enim videtur distare personam a personalitate: quare in nostris disputationibus Scholastici communem Scholasticorum loquendi modum amplecti nota aliqua dignum non est.

*Quinimo
aliqui
putant
suum
loquendi
modum
ex
Concil.
sumptum.
Sophron.
6. Synodus.*

Putant vero aliqui nomen *substantia* aliquando etiam in Conciliis abstracte significare personalitatem, seu rationem suppositi, & complementum illius: vt in Epistola Sophronij, quæ habetur in 6. Synodo actione 11. in qua longe à principio dicitur. *Seu igitur sancta Trinitas numerabilis personarum facta est substantia*, &c. cum enim dicatur substantia personalis, non videtur concretum significari, sed abstractum: nam concretum est ipsa persona: hæc autem non dicitur personalis. Verum hæc ratio inutilis est. Nam cum Sophronius in ea Epistola frequenter vtatur nomine Græco *Hypostasis*, quod latine vertimus *substantiam*, & semper in alijs locis significet ipsam personam in concreto, non est credendum, eo loco vsum fuisse eo nomine pro abstracto, cum voce Græca, *Hypostasis*, nunquam nec Græce, nec Latine vtamur pro abstracto. Cum vero dicit Sophr. substantiam personalem, idem non est, ac si diceret, personam personalem, sed suppositum personale, quod optime dici potest etiam in concreto. Cum enim suppositum in concreto inueniri possit in natura rationali, & irrationali, & quando est in rationali sit persona, optime additur, *personale*, ad denotandum quale sit illud suppositum. Quod substantia ibi idem esset, quod personalitas abstracta, esset etiam inutilis repetitio, cum diceretur personalitas personalis. Ex hac etiam doctrina inferemus 3. par. q. 4. & 6. quam male recentiores nonnulli abutentes etiam nomine substantia introducunt in quouis hypostasi, & supposito mille substantias partiales: imo dicunt quod sunt partes, tot esse substantias partiales: cum tamen non minus inepte dicatur substantia partialis, quam persona aut hypostasis partialis, vt ibidem dicemus.

*Inutili tamen
ratione nititur*

*Nō esse
eandem
substantiam
partiales.*

18.

CAPVT V.
Respondetur testimonijs primæ, & secundæ sententiæ.

Fundamenta vero primæ, & secundæ opinionis nullo negotio euertere possumus. Sed an-

te omnia satisfaciamus testimonijs, quæ pro utraque allata sunt, & quam sint infirma ostendamus.

Ad primum testimonium August. 7. de Trinitate cap. 4. vbi solum substantiam absolutam concedit, cum probat Deum ad se, non ad aliud subsistere, quo aduersarij de nobis se triumphare putant, Respondeo nullius esse momenti, pro prima aut secunda sententia. Adde quod si cuius roboris esset, nihil secundæ sententiæ foret: hæc enim non audeat vnam solum substantiam absolutam in Deo concedere, sicut prima, sed tres etiam relatiuas esse affirmat: at August. omnem certe relatiuam substantiam negat, & vnam solum absolutam asserit, cum dicat Deum non relatiue, sed ad se subsistere. Sed neque primæ sententiæ hoc testimonium ad stipulati tam demonstro. Suppono autem primum nullam August. vsum fuisse nomine Latino *substantia*, sed vbiunque agit de voce Græca *ὑποστάσις*, semper Latine interpretatum fuisse substantiam, vt in illo 7. lib. de Trinit. cap. 4. & 5. lib. de Trinit. c. 8. & 9. quare cum probat Deum ad se subsistere, non relatiue, solum loquitur de actu substantiæ, quem possumus existentiam substantialem appellare, non de substantia, nec concrete, nec abstracte, de qua est nobis nunc controuersia. Deinde suppono, August. 6. lib. de Trinit. cap. 8. & 9. habuisse suspensum, nomen Græcum *ὑποστάσις*, si Latine interpretato vti velimus, sicut Græci vtuntur. Ipse enim nunquam vertit *substantiam*, vt constat ex locis citatis, & alijs, quos allegauimus disputatione præcedenti cap. 5. sed *substantiam*, sicut Hieronymus epist. 57. & antiquiores Latini Patres. Et quia *Substantia*, apud Latinos communiter significat essentiam, quæ Græci *οὐσία* vtiuntur, & tres essentias in Deo concedere non licet, ideo etiam August. tres *ὑποστάσεις*, Latine fateri non audeat, ne cogatur dicere Latine tres in Deo substantias, tamen 7. de Trinit. cap. 6. dicat, vbi scandalum non esset, posse in Deo concedi tres substantias, sicut Græci tres *ὑποστάσεις* dixerunt.

Cum igitur August. adhuc timeret, cap. illo citato tres *ὑποστάσεις*, aut substantias Latine concedere, iure optimo dixit Deum ad se, non ad aliud subsistere, sicut ad se, non ad aliud substantiam, & essentia est. Quod si tres ipse substantias fateretur, sicut fateri, necessarium esse disputatione præcedenti, & in hac etiam probauimus, non negaret, Deum ad aliud subsistere, namque intelligeret, idem esse subsistere, quod incommunicabiliter existere, & quia ratio incommunicabilis provenit ex relatione, inde eoque diceret, Deum relatiue subsistere, sicut etiam nunc dicitur in Deo relatiua substantia, quare non assereret, in Deo esse vnam absolutam substantiam, sed tres solum relatiuas fateretur. Nos vero, qui iam ex vñ Ecclesiastico nomine Latino *Substantia*, pro Græco *ὑποστάσις* vtiuntur, & ita Græce dicimus, in Deo tres *ὑποστάσεις* relatiuas, vt ce dicimus, concedere aliquam absolutam, eodem modo pronunciamus nihil in Deo esse absolutum, & commune, cui nomen Latinum *substantia* quadrare possit.

Ad Hieronymum eodem prorsus modo respondere: quia & ipse seuerius reiecit tres *ὑποστάσεις*, vt nulla ratione hunc modum loquenti

postales, ut nulla ratione hunc modum loquendi admittendum esse diceret: interpretatur autem nomen Græcum *Hypostasis*, sicut Augustinus non *substantiam*, sed *substantiam*, quare non mirum, si diceret naturam diuinam ex se subsistere, & non aliunde concedens absolute & ad se subsistere, sicut Augustinus, quamuis & hic modus loquendi non satis indicet, ipsum loqui de aliquo subsistere absoluto, ut infra respondentes Nysseno dicemus, nisi aliunde de mente Hieronymi nobis constaret. Quare non possum non mirari viros alios doctos, & eruditos, his testimonijs Hieronymi, & Augustini adductos, ut crederent, concedendam esse in Deo substantiam vnam absolutam, cum modus loquendi horum Patrum postpositam litem de nomine substantiæ, & Hypostasis, probandus vlla ratione non sit. Decepti sane mihi videntur prædicti Theologi, quod verba solum horum Patrum non tamen ipsorum mentem perspectam habuerint, aut si prædicti Scholastici Augustinum & Hieronymum sequi volunt, dicant cum eis, esse in Deo vnam substantiam absolutam, & negent cum eisdem tres relatiuas, quod nulla ratione iam ipsis licebit. Afferere autem in Deo vnam absolutam substantiam, & tres relatiuas idem est, quod ex duabus sententijs omnino contrarijs vnam constare, quæ secum constare nequeat, ut supra notauimus.

Alia vero Patrum testimonia capite secundo allegata, alia via etiam facile dissolui possunt. Ad illud Agathonis respondemus, literam esse mendosam, cum legitur. *Trium substantiarum, seu personarum vnam substantiam, sed legendum est. Vnam substantiam*, sicut in pluribus Latinis exemplaribus reperitur, nec credibile est in tam paucis verbis eadem voce vsum fuisse Agathonem in sensu tam diuerso.

Ad Hilarium dico, verba illius male etiam citari: nec enim in prioribus verbis allegatis dicit Hilarius. *Ut substantia natura habeant perfectam unitatem*, sed *ut substantia natura habeant perfectam unitatem*, sensus autem est in corporalibus rebus non esse ita vnam in alia, ut habeant eandem naturam substantiam, non dicere eandem communem substantiam, sed eandem naturam, cui conuenit facere substantiam natura. Deinde in posterioribus, non ait. *Ita vero inesse, ut & ipsa* (scilicet natura diuina) *subsistat*, sed *ita ut & ipse* (scilicet Deus) *subsistat*; sensus autem est, ita in diuinis vnus subsistens est in alio subsistente, ut & ipse subsistat. Sed age, demus verba illa referri ad naturam, ut dicatur. *Et ipsa* (scilicet natura diuina) *subsistat*, nihil tamen inde colligi poterit, nec enim negamus nos, aut negare aliquis potest, naturam diuinam subsistere, absque: sed dicimus cum Damasceno 3. de fide cap. 3. essentiam diuinam subsistere quidem, in tribus tamen personis.

Ad testimonium Dionysij respondeo Dionysium non dixisse bonitatis substantiam Græcè *ὁσιότης* *Hypostasis*, sed essentiam Græcè *ουσία*, & ita transfert Perionius essentiam. Quod si surparet pro essentia nobis autem iam non licet: ut præcedenti disputatione notaui, vnam communem & absolutam in Deo concedere Hypostasin. Frustra vero aduersarij autoritate Græcorum, quæ in I. partem Tom. II.

rum Patrum in hac re vtuntur, cum illi non alio nomine Græco quam *Hypostasis*, pro Latino *Substantia*, vtantur: nullusque iam audeat, aliquam in Deo Hypostasin absolutam concedere.

Demum ad Nyssenum dicimus, negari non posse supremam essentiam vere subsistere à se, & non ab alio, sicut creaturæ, quæ ab alio pendent, ut à causa: ob id tamen non conceditur communis aliqua substantia. Nam, ut supra dicebamus, natura diuina vere in personis à se, & non ab alio, ut à causa habet, quod subsistat. Denique cum Nyssenus, ut vidimus, præcedenti disputatione c. 4. aperte sentiat Hypostasin idem esse cum persona in rationali natura, & alio nomine Græco uti non posset, ad significandum substantiam communem, quam nomine *ὁσιότης* *Hypostasis*: nec ex illo, nec ex alio Græco auctore probari potest communis substantia, cum nullus communem Hypostasin concedat, nisi usurpata Hypostasi pro essentia, ut antiquiores aliqui accipiebant. Eodem modo explicari debent Patres, qui dixerint naturam diuinam subsistere: unde ex his verbis nihil probari potest.

CAP. VI.

Diluuntur rationes prima, & secunda sententiæ.

Superest, ut diluamus rationes, quas propria & secunda sententia cap. 1. & 2. attulimus. Ad rationem Durandi, quam habes in 1. capite respondetur, esse quidem perfectionem simpliciter simplicem subsistere, siue sumatur pro existente substantiali, & hæc conuenit essentia absolute & communis est tribus personis, & melior est ipsa, quam non ipsa, siue pro actu existendi incommunicabiliter qui est proprius personæ, seu Hypostasis. Primum quidem, si sumatur in genere, quia melius est subsistere incommunicabiliter, quam non subsistere: hæc tamen perfectio non conuenit ratione naturæ, sed ratione personæ, & est communis, non secundum rem, quia non est vna substantia re ipsa communis, sed vniuersalitate prædicationis. Deinde etiam est perfectio simpliciter simplex subsistere particulariter, hoc est paternitate, & filiatione subsistere, quod est relatiuum, & ad aliud, hoc autem etiam non conuenit ratione essentia, sed ratione personæ. Quod si dicas naturæ diuinæ ratione sui, hoc est considerate, ut essentia est, conuenire omnem perfectionem, quia infinita est, respondeo. infinitatem essentia in eo esse, ut non sit ab aliqua causa, ut supra disp. 2. c. 1. & 5. explicatum est, non in eo, ut infinita perfectiones distinctæ, aut omnis perfectio, tam personalis, quam essentialis formaliter ei conueniat, ratione ipsius, nam ratione ipsius solum conuenit ei perfectio *ουσιότης* hoc est, essentialis non autem hypostatica, quæ est substantia, hæc enim est perfectio personæ; quam secum habet coniunctam. Et cum dicitur nullam perfectionem simpliciter simplicem esse relationem propriam vni personæ, & non alteri, respondeo, id esse falsum, Nam & relationes esse perfectiones simpliciter simplices, ostendimus disput. 122. c. 4. hoc est ut explicat Ansel. quæ meliores sunt ipsæ, quam non ipse; sed diximus, eas non esse comparandas cum persona, quasi personæ melius sit esse patrē, quam non esse patrem, sed cum natura diuina, quam relationes modificantur, & contrahunt, ut

25.

sit persona. Huic enim melius est esse patrem, quam non esse Patrem, non dico quam esse Filium, sed quam non esse Patrem, quod nulli dubium est. Quomodo autem ex hoc non sequatur, unam perfectionem realem simpliciter simplicem esse in una persona, quæ non sit in alia, colligitur ex dictis in ea disput. cap. 6. & 7.

*Dilatur 2.
ratio cap. 2.*

Ad secundam rationem, quæ priori loco pro secunda sententia c. 1. allata est responderetur, optimè posse assignari concretum naturæ intellectum ante personas, & illis commune, quod est, *Hic deus*, sine ulla communi subsistentia, quo modo autem id possit intelligi, explicabitur infra disputat. 16. cap. 2. Quare necessaria non est communis aliqua subsistentia, ut concretum deitatis constituitur, quin potius, ut cap. 3. notauimus, quibus actus substantialis, quem aduersarij subsistentiam velint appellare, includitur in conceptu ipsius deitatis quantumuis abstractæ; ac proinde ratione illius non constitueretur Deus in concreto, ut ipsi contendunt.

*Ad 3. rationem
respondetur.*

Ad tertiam eiusdem sententiæ, quæ est in eodem 2. cap. dicimus, inter naturam creatam, & increatam hoc solum versari discriminis, quod natura creata, ut subsistat per se, indiget modo quodam, quem appellamus, *per se*, distinctio realiter ab existentia sua, ac increata natura postulat suam existentiam modum personalem, scilicet relationem, distinctum solum per nostrum intellectum ab ipsa, & ab eius existentia reali; nihilominus nostro modo intelligendi sine illo modo personali nondum intelligitur per se subsistere, nisi concipiamus ipsam increatam naturam ad modum absoluti, & vnus tantum suppositi, sicut antiqui intelligebant, antequam mysterium Trinitatis reuelaretur. Hunc ergo quoniam scimus deitatem in tribus suppositis subsistere, & tribus relationibus vltimo terminari, nunquam ipsam per se vero, & Theologico conceptu cogitare debemus, quatenus à tribus personis abstracta apprehenditur.

26.

*Obiect. sum-
pta ex per-
fectione in-
finita ess-
entia diuina.*

At obijciat aliquis in hunc modum. Essentia diuina prout intelligitur ante personas, est in se perfecti omni perfectione, quia infinita est, ergo eadem ratione concipi debet subsistens, subsistentia enim perfectio quædam est. Et hanc putant aduersarij esse differentiam inter naturam creatam, & increatam, quod natura creata non necessario postulat in suo conceptu omnem perfectionem, sicut natura increata, atque adeo non exigit subsistere, nisi ratione suppositi, quod ab ea distinguitur. Verum hæc obiectio facile dissoluitur, quoniam licet essentia diuina differat à creatâ, quia diuina non subsistit aliquo sibi addito, quod distinguatur ab ea realiter, sed sola relatione, quæ idem cum ea est ex natura rei, & creata natura semper subsistat adiuncta sibi personalitate realiter distincta, nihilominus essentia diuina, quatenus communis concipitur, & distincta à personalitatibus, non habet in hoc suo conceptu perfectionem illam, qua vltimo completur, ut subsistat, sicut non complectitur illam perfectionem, & complementum personale, quod eam modificatur, & contrahit, ut sit persona, sicut humanitas etiam re ipsa eam perfectionem suppositi non habet. Solum differunt, quod complementum illud naturæ diuinæ sola ratione ab ea distinguitur, complementum vero naturæ

Soluitur.

27.

creatæ distinguitur secundum rem. Neque vero de ratione essentia, quatenus communis personis intelligitur, est continere & includere, & formaliter omnem perfectionem, etiam subsistentiam, sicut non est includere omnem perfectionem, & complementum personale, quod nullus negat; sed eas tantum perfectiones, quæ ipsa communes sunt, & ipsam essentiam proprie consequuntur, quod sanè nihil derogat infinitati diuinæ essentia, quæ constituitur peculiare illius attributum. Hæc enim non consistit in eo, ut essentia Dei infinitas in se contineat perfectiones, sed in eo, ut à nullo sit, ut à causa: & à se ipsa habeat quicquid est, ut copiosius probauimus disputat. cap. 1. & 5. Nihil ergo sequitur incommodi, si aliqua perfectio, nimirum personalis, quam Scholastici vocant subsistentiam, adueniat diuinæ naturæ à persona, quæ ratione distinguitur ab essentia, & eam in se formaliter non includat, quatenus essentia est, & communis tribus personis: nam de perfectionibus personalibus hoc nullus negare potest. Quod vero recentiores aliqui in eod. constitunt perfectionem naturæ diuinæ, (ratione cuius dicunt eam subsistere ante personas) ut non possit ab alieno supposito terminari, futile & inane est, ut supra cap. 1. monstraui.

DISPUTATIO CXXVI.

An in Deo sint tres existentia.

Tres esse in Deo existentias, & æternitates relatiua, reuocantur aliqui affirmant. c. 1.

In Deo esse vnā existentiam, & vnā tantum diuinitatem, auctoritate probatur. c. 2.

Eadem sententia confirmatur ratione. c. 3.

CAPVT I.

Tres esse in Deo existentias, & æternitates relatiua, reuocantur aliqui affirmant.

Cum in Deo non modo concedamus tres personas, aut subsistentias, verum etiam tres esse, ut disput. 12. cap. 3. notauimus, nonnulli recentiores eodem modo affirmare audent, in Deo esse tres existentias, aut tria esse, accipiunt enim Scholastici existentiam pro ipso actu existentia, quem etiam appellant esse, seu existere. In hanc sententiam consensisse videtur Scotus in primam distinct. 11. quæst. 2. §. *Ad rationes*, qui primæ rationi respondens asserit, relatione etiam disparata, & non opposita distingui vnā personam ab aliâ non solum secundum quidditatem relationis, sed etiam secundum esse, intelligit plane esse existentia; nam esse existentia, idem omnino est cum quidditate. Idem docuit quodlib. 4. artic. 3. §. *ad argumentum principale*. In eandem sententiam reuertitur Ricardus de sancto Victore, lib. 4. de Trinitate, cap. 16. ubi docet, in diuinis esse vnā existentiam communem, & tres existentias incommunicabiles. Alij citant pro eadem sententia Celestinum locis à nobis allegatis præcedenti distinctione: Si tamen solum conceditis subsistentias relatiua, quod longè diuersum est. Citant etiam Ricardum in 3. distinct. 1. art. 1. quæst. 2. ad 1. quod dicat, aliud esse existere essentia, aliud personam. Verum ille solum asserit existere personam Patris esse tribus in personis; sed existere personam Filij, vel Spiritus sancti non esse existere personam Patris.